Jhs

Et quia non constat de praetensa posessione dicti Illustris Marchionis de quirra exigendi dicta servitia a vassallis Judicatus de ollastre seu de intentione illius taliter quod manu teneri in ea valeat interim durante lite principali recursus seu attentatorum, et alias praesumitur libertas pro vassallis, Id circo et alias deliberationem in S. S. R. Aragonum Cons.º sumptam insequendo Pronuntiamus sententiamus et declaramus sine praejuditio tamen Jurium ac praetensionum partium, dictos vassallos compelli non posse ad praestationem dicti servitii durante dicta lite vel donec aliter fuerit declaratum vassallosque conservari debere in eorum libertate praestita cautione per eosdem de solvendo iudicatum et per consequens revocamus provisionem regiae audientiae Sardiniae diei quarti februarii anni millesimi sexcentesimi quinti a qua fuit supplicatum quatenus est huic contraria et in aliis confirmamus aliis partium praetensionibus ad difinitivam vel ante reservatis prout cum praesenti eas reservamus et signanter praetensionem praetensae penae incursae ob violationem salvae guardiae et assertorum attentatorum revocationis neutram partem in expensis condemnando sed pro bistractis executionem fieri mandamus Don Monts. de Guardiola R.

V. Clavero R.
V. Monter R.

V. Don Jo. Sabater R.
V. Don Phi Tallada R.

Lata et promulgata fuit huiusmodi sententia per nos seu in nostri personam per nobilem mag.cum dilectumque consiliarium et nostrum cancellariam Regentem don Montserratum guardiola I. V. D. et de nostro seu illius mandato lecta et publicata per dilectum alumnum et scribam mandati et huiusmodi causae Joannem Laurentium de Villanueva notarium publicum in quadam camera nostri regii palatii quod in oppido madriti in parrochia S.ti Joannis fovemus die videlicet veneris ad profe

Arxiu Històric Nules

rendam dictam sententia assignata intitulato vndecimo mensis Julij anni
a natiuitate domini millesimo sexcentesimo dictauo regnorumque nostrorum
vndecimo, Pnte et dictam sententiam ferri et publicari humiliter
supplicante Joanne Baptista Talla ferro dictorum vassallorum et collatae
sindico et procuratore altera vero parte absente necnon praesentibus pro
testibus mag.co et dilecto consiliario Dominico ortiz Secretario nostro
Michaele Beltran et franc.co olzina scribis mandati, Ludouico Palacios
Gaspare de Bolea regijs portarijs franc.co lozano et Petro Azor alijsque
pluribus ibidem existentibus,

Arxiu Històric Nules

tt

treslat· de la sentencia· ques declara En fauor del vezins de ullastre de Serdenya - Contra lo marques deguiza· dada En lo Sacro Supremo· Consell de Arago·

Nº 52

Arxiu Històric Nules